Bern 568, 8R Forts.

in euidenti uideo quod inuolute dicitur pollex | alternus oleo rotabitur. Gloriosa prole tot illustrans populos pariter cum sole | luce laudis titulos aut potius effusius extendis. uirtus que sese perhibet infra se famam cohibet. factis enim omnia preconia transcendis. Poetarum | linguis tua laus non supplicat. actibus extinguis quicquid mali fabri|cat dens emulus et stimulus liuoris. uoces non timens impias regale decus amplias plus honori conferens quam referens honoris.

⌈ Nec mare fluminis nec luminis sol supplicat dum explicāt (!) solitum splendorem. | Virtute niteris nec sequeris exterius alterius tituli fauorem. Nobilitas per laudes debitas exprimitur (!) dum sese loquitur. nam montes inclitas absconditas lux exerit et aperit interna. ~~[illegible]~~ nec in monte ciuitas absconditur nec | tegitur sub modio lucerna. Eximio uirtutum radio pre ceteris in mo|dum syderis fulges in medio. consilio maturior. et sanior canutis. iuuenili senio reprimeris nec sequeris legem iuuentutis. Caro preno|bilis ancilla spiritus nature fragilis oblita penitus spirat diuinitus. sta|tum ad angelicum uite reformas lubricum titulus pontificum pu|(8v)blicum exemplar iudicum mundi decus unicum. Carnoti gloria lucer|na Senonum. tu lege premia statetra (?) canonum libras iudicia. promptus in examine iudicialis trutine [inter]. dignitatis gemine culmine mixto fulges numine. Homo sed plus homine. (E.)